



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel  
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt IX. Lucius a tertius.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)

quoscumque hereticos esse excommunicatos, instar pravæ monitionis est. Nec obstat secundum augmentum ipsius difficultatis; nam et si hereticus per heresim segregatus ac exclusus ab Ecclesiæ gremio sit, tamen per excommunicationem fortius, & magis separatur, siquidem privatum communione externa fidelium, ut docuit D. Thomas 2. 2. q. 10. art. 9. Hoc autem etiam post extravagantem Ad evitanda, Martini V. ut heretici vitentur sufficit quod heretici declarati sunt absque denunciatione censura, quia secundum jus, & communem fideliū existimationem, eo ipso quod aliquis hereticus est, habetur etiam ipso facto praecius, & excommunicatus; quia notissimum est, excommunicationem juris non separari ab heresi. Nec obstat secunda difficultas; nam cum filii in sepulchris parentum tantum usum ex beneficio ecclesie, non verò dominium aut possessionem habeant, l. si sepulchrum, Cod. de religiosis, l.

offa, ff. eod. & talis usus consistat tantum in mortui illatione, ex Ecclesia concessione, non posse sunt, qui per heresim extra Ecclesiam sunt, ratio ne ipsa usus sepeliri in sepulchris majorum, cum ipsa gratia, seu privilegio Ecclesia reddantur indigni, l. 1. Cod. Theodos. & Iustin. de hereticis, ibi: Privilegia, que contemplatione religionis induita sunt. Catholice tantum legis observatoribus professe oportere; hereticos autem, atque schismatics, ab his privilegiis alienos esse debere. Iustinianus in novel. 109. cap. 1. libi: Nec iustum esse equalibus cum orthodoxis hereticos dignos fieri privilegios. Quare cum hoc jus sepulturae totum ex auctoritate Ecclesia proveniat, potest Ecclesia ob crimen heresies hereticos privare usu sepulchri familiaris, seu hereditarii, non obstante dicta lege 9. Cod. hoc titul. ut probat Spandonus de caneteris, supr. a.

## C A P V T I X.

Lucius a tertius.

**A**d abolendam diversarum heresum pravitatem, quæ in plerisque mundi partibus modernis coepit temporibus pullulare, vigor debet Ecclesiasticus excitari, cui nimirum Imperialis fortitudinis suffragante potentia, & hereticorum pravitas in ipsis falsisatis sua conatibus elidatur, & catholicae simplicitas veritatis in Ecclesia sancta resplendens, eam ubique demonstrat ab omni execratione falsorum dogmatum expiatam. Ideoque charissimi filii nostri Federici Illustris Romanorum Imperatoris semper Augusti<sup>b</sup> praesenti pariter, & vigore suffulti, de communi consilio fratrum nostrorum, nec non aliorum Patriarcharum, Archiepiscoporum, multorumque Principum, qui de diversis partibus Imperii convenerunt contra ipsos hereticos, quibus diversa capitula diversarum indidit professio falsatum, praesentis decreti generali sanctione consurgimus, & omnem heresim, quoctunque nomine conferatur, per hujus constitutionis seriem, auctoritate Apostolica condemnamus. In primis Catharos, & Paterinos, & eos, qui se Humiliatos vel<sup>c</sup> Pauperes de Lugduno falso nomine mentiuntur: Passaginos, & Iophepinos & Arnaldistas perpetuo decernimus anathemati subjacere. Et quoniam nonnulli sub specie pietatis virtutem ejus, juxta quod ait f Apostolus, denegantes, auctoritatem sibi vindicant praedicandi, cum idem Apostolus dicat: Quomodo praedibunt, nisi mittantur omnes, qui vel prohibiti, vel non missi, prater auctoritatem ab Apostolica Sede, vel ab Episcopo loci susceptam, publicè, vel private<sup>d</sup> g praedicare, praesumpserint; & universos, qui de sacramento corporis & sanguinis Domini Iesu Christi, vel de baptismate, seu peccatorum remissione, aut de matrimonio, vel reliquis ecclesiasticis sacramentis aliter sentire, aut docere non metuunt, quam sacro sancta Romana Ecclesia praedicat, & observat; & generaliter quoscumque eadem Romana Ecclesia vel singuli Episcopi per dioeceses suas cum consilio clericorum; vel clerici Episcopi sede<sup>e</sup> vacante cum consilio, si oportuerit, vicinorum Episcoporum hereticos judicaverint, pari vinculo perpetui anathematis innodamus. Receptatores, & i defensores eorum, cunctosq; pariter, qui praediti hereticis ad fovendā in eis heresim pravitatē, patrociniū praestiterint aliquid, vel favorem, sive consolati, sive credentes, sive perfecti, seu quibuscunq; superstitionis nominibus nuncupentur, simili decernimus sub jacere sententiae. Quia verò peccatis exigentibus quandoq; contingit, ut ecclesiastica severitas disciplina ab iis, qui virtutē ejus non intelligunt condemnetur; praesenti nihilominus ordinatione sancimus, ut qui manifestè fuerint in supradictis erroribus reprehensi, si clericus est, vel cuiuslibet religionis obfuscarione fucatus, totius ecclesiastici ordinis prærogativā nudeatur, & sic omni pariter officio, & beneficio ecclesiastico spoliatus, saecularis relinquatur arbitrio potestatis, animadversione debitā puniendus, nisi i continuo post reprehensionem erroris ad fidei catholicæ unitatem sponte recurrere, & errorem suum ad arbitrium Episcopi regionis publicè consenserint k abjurare,

&amp;

& satisfactionem congruam exhibere. Laicus autem, quem aliquâ prædictarum peccatum notoriâ, vel privatâ culpâ resperserit, nisi, pro ut dictum est, abjurata hæresi, & satisfactiōne exhibitā, confessim ad fidem confugerit orthodoxam, sacerdotalis iudicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus pro qualitate facinoris ultionem. Qui verò inventi fuerint sola Ecclesiæ suspicione notabiles, nisi ad arbitrium Episcopi juxta considerationem suspicionis, qualitatē personæ propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, simili sententiæ subjacebunt. Illi los autem, qui post abjurationem erroris, vel postquam se, ut diximus, proprie Antistitis examinatione purgaverint, deprehensi fuerint in abjurata hæresim recidisse, sacerdotali iudicio sine ulla penitus auditient decernimus m relinquendos, bonis damnatorum clericorum Ecclesie, quibus deserviebant, secundum sanctiones legitimas applicandis. Sanè prædictam excommunicationis sententiam, cui omnes præcipimus hæreticos subiacere, ab omnibus Patriarchis, & Archiepiscopis, in præcipuis festivitatibus, & quoties solennitates habuerint, vel quilibet occasione, ad gloriam Dei, & reprehensionem hæreticæ pravitatis, decernimus innovari, auctoritate Apostolicâ statuentes, ut si quis de ordine Episcoporum negligens in his fuerit, vel desidiosus inventus, per triennale spatium ab Episcopali habeatur dignitate, & administratione suspensus. Ad hæc de Episcopali consilio, & suggestione culminis Imperialis, & Principum ejus adjecimus, ut quilibet Archiepiscopus, & Episcopus per se, vel Archidiaconum suum, aut per alias honestas, indoneasque personas, bis vel semel n in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat, & ibi tres, vel plures boni testimonii viros, vel etiam si expedire videbitur, totam viciniam jurare compellat: quod si quis ibidem hæreticos sciverit, vel aliquos occulta conventicula cœlebrantes, seu à communī conversatione fidelium vita, & moribus dissidentes, eos Episcopo, vel Archidiacono studeat indicare. Episcopus autem, seu Archidiaconus ad præsentiam suam convocet accusatos, qui nisi sead eorum arbitrium juxta patriæ consuetudinem ab objecto reatu purgaverint, vel si post purgationem exhibitam, in pristinam fuerint relapsi perfidiam, Episcoporum iudicio puniantur. Si qui verò ex eis iurationem superstitione damnabili respuentes, jurare fortè noluerint, ex hoc ipso hæretici judicentur, & poenis, quæ prænominatae sunt, percellantur. Statuimus insuper, ut Comites, Barones, Rectores, Consules civitatum, & aliorum locorum, juxta commonitionem Archiepiscoporum, & Episcoporum, præfito corporaliter juramento o promittant, quod in omnibus prædictis fortiter, & efficaciter, cum ab eis fuerint exinde requisiti, Ecclesiam contra hæreticos, & eorum complices adjuvabunt, & studebunt bonâ fide juxta officium, & posse suum Ecclesiastica simul, & Imperialia statuta, circa ea, quæ diximus, executioni mandari. Si verò id observare noluerint, honore, quem obtinent, spoliarent, & ad alios nullatenus aspumantur, nihilominus excommunicatione ligandi, & terræ ipsorum interdicti sententia supponantur. Civitas autem, quæ his decretalibus institutis duxerit resistendum, vel contra commonitionem Episcopi punire neglexerit resistentes, aliarum careat commercio civitatum, & Episcopali se noverit dignitate privandam. Omnes etiam fautores hæreticorum, tanquam perpetuâ infamiam condemnatos, ab advocatione, & testimonio, & aliis publicis officiis decernimus repellendos: si qui verò fuerint, qui à lege diocesanâ iurisdiictionis exempti, soli subjaceant Sedis Apostolicæ potestati, nihilominus in iis, quæ superiùs sunt contra hæreticos statuta Archiepiscoporum, vel Episcoporum iudicium subeant, & in eis in hac parte tanquam à Sede Apostolica p delegatis parcent, non obstantibus libertatis suæ privilegiis.

## N O T A E.

**L**ucius III.) Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc rit. cap final. nullibi tamen exprimitur, an alicui Prælato præsentem direxit, sed constitutionem: & credo eam pro omnibus regionibus, ubi tunc hæreses vigebant, ac pullulant edidisse, camque fecisse Verona, ubi convenierant anno 1185. ipse Pontifex, Fridericus Imperator, & alii Ecclesiæ Prælati, non quia ibi Concilium celebrarent, ut aliqui putarunt, cum tantum conventum ibi haberent pro quorundam negotiorum expeditione, ut refert Baronius an-

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

no 1185. & ni fallor tunc ex consilio dictorum Prælatorum, & favente Imperatore Lucius edidit præsentem constitutionem, cuius alia pars inferitur in c. preterea, de jure patron. ut jam notavi ibi.

b Presentia.) Quia ipse Fridericus Imperator anno 31. sui Imperii convenerat cum ipso Pontifice Verona, ut refert Baronius ubi supr. a.

c Catharos, & Patarenos.) De quibus egi superiori textu.

d Pauperes de Lugduno.) Qui cœperunt temporibus Alexandri III. anno ferè 1160. seu 1170. qui etiam dicuntur Waldenses, à quodam Waldone civi Lugdonensi, qui facultatibus

Q 3 in

in pauperes distributis, arroganter prædicatoris officium usurpat; & cùm esset ignarus, ipse multipliciter erravit, & alios errare fecit, ut referrunt Gualterus *secul.* 12. *cap.* 15. Præcolus *lib.* 15. de hereticis, verbo *Pauperes de Lugduno, num. 13.* Æneas Silvius *lib.* de origine Bohemorum, *cap.* 35. Guido Carmelita anno Domini 1170. Abbas Urspergeliis in *chron.* Trithemius in *chron.* anno 1170. à quo cíve Lugdunensi appellati sunt Pauperes de Lugduno, ut probat Penna ad *Eymericum 2. part.* *Directori, comment.* 39. quorū errores, & perditissima dogmata referunt Genebrardus, & Silvius *suprā*, Salelles *tom. 2. de materiis tribunal.* 3. *Inquisitionis, lib. 3. cap. 14. regul.* 167. Forum heretis damnatae fuerunt in Synodo Romana, & in Concilio Lateran. sub Alexandro III. celebrato, ut jam notavi in *cap. final. de Relig. dom.*

*e Arnaldus.*) Arnaldus genere Brixianus, cùm aliquot annis in Galliis litterarum studiis operam dedit, anno 1139. Brixiam reversus, se religiosum profectus est: cùmque eloquentia non parum valeret, novas, pravasque opiniones in Ecclesia seminavit, negans monachos clericosque, aut Episcopos aliquid proprii habere posse, omniaq. Principum esse afferens. Quare cùm Ecclesiam Brixianam turbaret, ab ejus urbis Episcopo accusatus fuit in Concilio Later. ubi condemnatus, ex Italia egredi iussus fuit: sed postea in Italiam reversus, Romæ tumultum suscitavit, ut Senatorès à Magistris creatis à Pontifice recesserent: quare ab urbe expulsus, tandem Roma combustus fuit, & ejus cineres in Tiberim sparsi, ut referunt Othe Fribingenis *lib. 2. cap. 20.* Baronius anno 1155. Salelles *dicitur lib. 3. cap. 14. regul.* 269. *num. 89.* Pancirola *lib. 2. variar. cap. 178.* De eo D. Bernardus epist. 296. ita scribit: Arnaldus de Brixia, cuius conversatio mala, & doctrina venenosa; cui caput columba, cauda scorpions est; quem Brixia evomuit, Roma horravit, Francia repulit, Germania abominatur, Italia non vult accipere, fertur esse vocisum: videte queso ne vestra autoritate plus noceat. Ab ipso Arnaldo ejus sectatores Arnaldiæ dicti sunt, ut probat Theophilus Raynaud.

*f. Apostolus.*) Ad Romanos *cap. 10.* Eo sensu Gregorius Turon. *lib. 2. hist. cap. 23.* scripsit illud: Sine heresi accipi non potest, ut in Ecclesia non obediatur Sacerdoti Dei, cui ad pacendum oves commisso sum. Et ille seingerat potestatis, cui nec ab hominibus, nec à Deo aliquid est commissum.

*g. Predicari.*) Ut dicimus infra in *cap. 12.*

*h. Sede vacante.*) Non quia Episcopi, aut clerici Sede vacante facultatem habeant definiendi dubia circa fidem, aut discernendi falsam à vera doctrina: quia hoc tantum ad Pontificem, seu Concilium generale spectat, *cap. quatuor. 24. quest. 1. cap. majores, de Baptismo;* sed cùm aliqui errant in his, quae jam diffinita sunt per Ecclesiam, possunt Episcopi eos hæreticos declarare, ac in eos animadvertere: quo modo verba hac accipiunt Anania & Penna in *presenti Albertinus de agnoscend. assert. quest. 8. num. 5.* & facit *textus in cap. super quibusdam, §. 1. de V. 8.*

*i. Defensores.*) De quibus plura adducemus infra in *cap. 13. §. credentes.*

*j. Continuū.*) Quando tamen dicatur hæreticus continuo poenitens, non constat apud Interpretes, ut videre est apud Barbosam in *presenti, Carenam de officiis Inquisit. part. 2. tit. 2. §. 2.* Sebastian, à Salelles *tom. 3. de materiis Tribunal.* 3. *Inquisit. lib. 5. cap. 5. regul.* 385. Illud certum est, non solum ad-

mittendum esse ad reconciliationem hæreticum, qui primò interrogatus in judicio confessus fuit errorem suum cum signis vera poenitentia; verum & eum, qui in quoquaque statu procellus errorem fatetur, etiam in ipsa tortura, vel postea, ut docuerunt Carena, & Salelles *suprā*, Penna ad *Eymericum 3. part. Directori, comment.* 4. *Grillandus de heretic. quest. 5. n. 2.* Farinac. *de heret. quest. 193. §. 1. à num. 27.* Soufa *lib. 2. aphorism.* *Inquisit. cap. 44. num. 7.* Diana *part. 4. tract. 7. resol.* 24. *Transmateria de polygam. lib. 3. quest. 15.* & cætetur expressæ in *instruct. 12.* Hispal. immè eti post sententiam mortis ipsi reo intimidat, privatum in suo carcere, vel in ipsa hora, dum adducitur ad locum, ubi sententia ipsa publicè recitanda est, poeniteat, admittendus est ad reconciliationem, ut docent in *presenti*, & infra in *cap. excommunicamus*. Cardinalis, Joannes Andreas, Abbas, & Ananias, Sylvester in *summa, verbo heretis, Penna dicit. comment.* 42. *num. 175.* Farinac. *dicit. quest. 143. §. 2. n. 56.* Diana *dicitur resol.* 24. Salelles, & Carena *suprā*, Transmateria ubi proxime, qui testatur de hac praxi omnium Tribunalium. Unde hæc verba *continuò*, & *confessim*, hujus textus ipsi accipiunt, hoc est post sententiam, antequam tradatur brachio seculari: qua praxis ut pia sequenda est, eti præsentī constitutiōnē minis consona videatur, cum expreſſe Lucius in *presenti* agat de reo poenitente *continuò*, & confessim post deprehensionem erroris, videlicet statim ac apprehensus est in ipsa heresi, ac carceri mancipatus, nec non ad judicium adducitus: dicitio enim *confessim*, significat cùm primum judicis copia haberi potest, l. 2. §. *confessim. ff. ad Trebel. Barbosa de dictioribus, dicitur 65. & 68.* Sed quia juxta benignitatem, & pietatem aliquam moram admittunt dictiones *hæc continuò*, & *confessim*, ut ex aliis docet ipse Barbosa, ideo in Tribunalibus S. Inquisitionis receptum est, ut continuo dicatur poenitere etiam qui post sententiam publicè recitam poenitet: pro qua praxi facit *textus in cap. excommunicamus 15. §. 1.* hoc titul, ubi ita generaliter cætetur: si qui autem de predicione, postquam fuerint deprehensi, redire voluerint ad condignam penitentiam agendam, in perpetuo carcere detrudantur. Ubi nullà facta distinctione temporis intra quod hæreticus errorem suum fatetur, ad poenitentiam admittitur. Immò & postquam hæreticus judicis seculari relaxatus est, & in ipso loco supplici reperitur, si errorem suum agnoscens poenitentiam petierit, admittendus est ad reconciliationem, ut probant Penna, Farinacius, Transmateria, & Salelles ubi proxime: crederem tamē, hanc benignam sententiam sequendam esse, cùm ipse reus magna, & vera contritionis signa dedit; alias cùm potius metu mortis imminentis converti credatur, rectius facient Inquistores, si sententiam exequi māderarent. Vide ante instructiones 11. & 44.

*k. Abjurare.*) Ad quam abjurationem omnes hæretici tenentur, alias nisi abjuratio propriis croribus, Ecclesia reconciliari nequeunt, *cap. si quis 42. cap. in Ecclesia 68. I. quest. 1. cap. si quis 8. cap. saluberrimum, cap. donatum 1. quest. 7.* plura Aut. August. in *epit. lib. 11. tit. 70.* & probant in *can. 22. Concil. illiber.* ubi de origine & formâ hujus abjurationis egit. De ejus differentiis, ac requisitis latè egerunt Eymericus in *3. part. Directori*, ubi Penna *comment.* 37. Soufa *lib. 2. aphor. Inquisit. cap. 40.* Carena *de officiis Inquisit. part. 3. titul. 11.* Salelles *de materiis Tribunal.* 8. *Inquisit. lib. 5. cap. 3.*

cap. 3 per totum, Simancas de Catholicis, tit. 11. & in Enchirid. titul. 53. Illud non omittam, olim hereticos post abjurationem suorum errorum ungii confuevisse sacro chrismate in fonte, oculis, naribus, ore, & auribus, ut ex Concil. Constantino. 1. probat Menardus in notis ad lib. Iacram D. Gregorii fol. 113. Hęc abjuratio hereticis libello oblati omnibus hæreticis semper injuncta fuit, alii qui vero, ut Novatiani, ultra abjurationem, per chrismatisunctionem recipiebantur. Synodus Nicena 1. can. 8. & Nicena 2. can. 7. quia Novatiani Episcopi à se baptizatis manus non imponebant, nec chrisma conferebant; unde eos abjurgant Pacianus epist. 3. ad Symp. his verbis: *Vestra plebi unde spiritus, quam non confixatus sacerdos Theodoretus lib. 3. heretic. fabul. cap. 5. ibi:* *Tis quos baptizant, tandem sum chrisma non prebent: quapropter eos, qui ex hac heresi corpori Ecclesie conjunguntur, laudatissimi PP. inungit preceperunt. Unde illis hereticis, & similibus ad Catholicam fidem redeunibus tribuendum censuit Ecclesia sacramentum, quod omissum fuerat ob heresim. Syricus Pontif. in epist. ad Hierosolimam, cap. 1. ubi agens de Arrianis ait: *Quos nos cum Novatianis, aliisque hereticis, sicut in synodo constitutum est, per invocationem solam septiformis spiritus, Episcopalis manus impositione Catholicorum conveniunt faciamus, quod etiam totus Oriens, Occidensque existet. Concil. Arelat. 1. can. 1. ubi cavetur: Vt hereticis, qui in Trinitate baptizati sunt, ab heresi redeunibus, manus tantum imponatur, ut accipiant spiritum sanctum.* Idem omnino decreverunt Innocent. I. de Novatianis, & Montenibus in epist. ad Vickrium: & Leo I. in epist. ad Rusticum, & in Concil. Arelat. 2. habito anno 452. ita cavetur in canone 19. *Bonoſiacos autem ex eodem errore venientes, quos sicut Ariarianos baptizari in Trinitate manifestum est, si interrogati fidem nostram ex toto corde confessi fuerint, cum chrismate, & manus impositione in Ecclesia recipi sufficiat.* Et in Synodo Arelat. 1. anni 441. can. 1. ita legitur: *Hæreticos in mortis discrimine postos, si Catholicos esse desiderant, si desit Episcopus, a Presbyteris cum chrismate & benedictione confixari placuit.* Concilium Epaum. can. 16. *Presbyteris propter salutem animarum, quam in cunctis optamus desperatis, & decubentibus hereticis si conversionem subitam petant, chrismate permittimus subvenire: quod omnibus conversari, si sani sunt, ab Episcopo expetendum.* Alii vero hæretici, qui Confirmationis sacramentum agnoscabant, tantum per poenitentiam communioni restituiebantur. Gregorius Magnus lib. 9. registr. epist. 161. Illustrant P. Marcha in notis ad can. 2. Concil. Claromont. ubi hæc verba refert ex quadam veteri Greca collectione: Nestorianos vero, & Eutychianos asportare conscribere libellos, & hæresim anathematizare, una cum Nestorio, Eutychio, Diophoro, & Severo, & iis, qui simili sentiant, & ceteras omnes hereses, & participes fieri sancta communio nisi.*

6. 1. Subjacebunt. ) Cap. excommunicamus 13. §. qui autem, infra hoc titulo, ubi dicemus.

m Relinquendos.) Consonant caput Accusatius, in princip. & §. enim verè, & §. ille quoque, hoc titul. in 6. qui textus defensus est ex Bulla Alex. IV. qua incipit: *Quod super, quam refert Eymericus ad calcem Director. Inquisit. Concil. Narbon. can. 11.* & ita relapsi, quamvis poenitentes, nulla abjuratione facta sunt omnino traxi brachio seculari, ita ut recepto sacramento

Poenitentia, prius strangularentur, & postea defuncti comburantur: si verè impenitentes, & pertinaces perfistant, vivi flammis tradantur: quam praxim communiter receptam probant Penna ad Eymericum, 3. part. Director, comment. 38. Scortiam select. theorem 36. n. 2. Farinac, de heresi quæst. 105. n. 4. Sanctarellus eod. tract. cap. 42. num. 17. Simancas de catholicis tit. 57. num. 16. in l. 1. tit. 3. num. 17. lib. 8. recopil. Decianus lib. 5. tract. crimin. cap. 16. n. 7. Cantera qq. crimin. de heretic. c. 1. n. 13. Delbene de offic. Inquisit. dubit. 161. cum seq. Suarez de fide disp. 23. sect. 2. Carenas de offic. Inquisit. part. 2. tit. 2. §. 6. Castropalao tom. 1. oper. moral. tract. 4. disp. 6. punit. 2. num. 9. Soutain in aphorism. Inquisit. lib. 2. cap. 45. Saleilles. tom. 3. de mater. Tribun. sanct. Inquisit. lib. 5. c. 6. regul. 311. Ratio est, tum quia is, qui semel lapsus veniam obtinuit, & heresim abjuravit, & ad libertatem peccandi quadam confidentia abutitur, indignus est reconciliationis beneficio, nec ei parendum est, qui impunitate veteris delicti non emendationi, sed consuetudini deputavit, l. 3. Cod. de Episcop. aud. junctis traditis a Gomezio l. 3. var. cap. 3. n. 60. Padilla in l. transfigere, num. 47. Cod. de translat. Iulio Claro in praxi §. ult. quæst. 59. n. 9. tum etiam quia conversionis hæretici relapsi, qui semel inconfessi fuji, nec praefit id quod per abjurationem promiserat, sed Ecclesiam decepit, presumit simulata, juxta regulam Semel malus, de R. I. lib. 6. & quia Ecclesia, que ex præteritis presumit circa futura, cap. scriban, de presumpt. & corda non intuetur, minime admittenda talen conversionem judicavit: docent & argumentis hæreticorum satisfaciunt, quibus ipsi probare intendunt relapsi poenitentiam esse concedendam, D. Thomas 2. 2. quæst. 11. art. 4. Castro l. 2. de iusta heretic. punit. cap. 2. Simancas de Catholicis. n. 10. Licit autem relapsis venia non concedatur, ut morte, aut relaxacionem evitent, & pertinentibus tamen poenitentiam quo ad salutem spiritualem Ecclesia non dengat, quia nemini claudit gremium, cap. duo 23. quæst. 4. l. final. Cod. de summa Trinit. Covaruy. lib. 2. c. 10. num. final. Gamma de sacrament. prefand. quæst. 1. n. 9. faciunt quæ de poenitentia lapsis praefanda, non verè communione, adduxi in can. 1. Concil. Illiber. Et licet ultimo supplicio damnatis regulariter Eucharistia concedatur, Clement. uniu. ae punit. & remiss. tamen generali consuetudine Inquisitionum Hispaniq. receptum est, ut his relapsi etiam poenitentibus sacramentum Eucharistia non ministretur, ut testatur Carea ubi proxime.

Valde autem cavere, & attendere debent Inquisitores, an verè relapsus sit reus, ut ejus persona iudicij seculari relaxetur, nam alius est relapsus verè, qui scilicet deprehenditur in heresim abjurata recidisse, de quo agitur in præsent. & in cap. super eo, cap. accusatus, §. cum, hoc titulo in 6. quem explicant Manrique anal. Ciferc. anno 1214. cap. 3. num. 9. Beccanus de fide cap. 15. quæst. 9. Petr. Gregor. lib. 2. part. int. 5. cap. 3. alius est relapsus praeluptus per juris interpretationem qui scilicet post abjurata vehementē hæresis suspitione, in ipsa heresim incidit, de quo agitur in d. c. accusatus, in princip. & in §. ille quoque; nam eo capo ex hæresi subsequenti deducit jus vehementē presumptionem, scilicet in veritate præcessisse hæresim, sed probationem defecisse, dicit. cap. accusatus, juncta ejus integrā, quæ extat in 1. part. direct. Inquisit. Inde deducitur, relapsum verè

Q4

7.

vel

## COMMENTARIUM.

vel præsumptivè quoad juris effectum neminem esse, nisi precedat abjuratio solennis, per quam Ecclesia reconciliatur reus, iuxta presentem textum, & in dict. cap. accusatus, & in dict. cap. super eo, ibi: In abjuratum; secundum quos effectus relapsus non tam tribuitur heresi, quam abjurationi, per quam reconciliatus obligatur Ecclesia. Deinde infertur non esse queri relapsum, nisi relabatur in eandem heresim abjuratum, nec satis esse in diversam relabi, ut constat ex hoc textu ibi in ipsa, cap. super eo, cap. accusatus, §. cum, hoc titulo, lib. 6. docent Castro de justa hereticis, puniit. cap. 2. Simanc. de Catholicis, tit. 5. num. 6. Et licet abjurans aliquam heresim conseatur per consequens omnes hereses abjurasse, quatenus connexae sunt, cap. excommunicamus 13. hoc titulo, juncto D. Thoma 2. 2. quest. 5. art. 5. formaliter tamen, & exprefse folium abjurat heresim, quam exprimit, vel omnes, si generaliter, aut indefinite abjuret. Oportet autem, ut quis dicatur relapsus, quod reincidat in heresim formaliter adjuratam, ut satis deducitur ex praesenti textu: quare consuetudine receptum est ad removendum omne dubium, ut omnes lapsi abjurarent generaliter quancunque heresim, ut notarunt Salellus, & Carea ubi supr. Aduic in hac relapsorum parte præceptum vidi, ut quidam verus relapsus Curia seculari non traderetur, quia in initio secundæ causa Inquisitorum more solito, & recepto in primis causis, polliciti fuerunt illi misericordiam confutam, & receptam cum bonis penitentibus. Unde ipse confessus fuit relapsum, & ita reconciliatus, non vero judici seculari traditus fuit. Similiter alius, qui confessus fuit in secunda causa, se objurasse formaliter in Inquisitione Eborense Lufitanæ, & postea confessus fuit relapsum in secunda causa, quia non constabat de prima abjuratione, nisi per ejus confessionem, non fuit traditus judici seculari. Etiam alius, cui injuncta fuit abjuratio de vehementi, cum postea in secunda causa confessus fuisse relapsum formaliter, non fuit traditus brachio seculari, quia apparuit in priori causa iniustè abjurationem de vehementi illi injunctam fuisse. Etiam me praesente, cum quidam post formalem abjurationem, ut relapsus in idem delictum fuisse in carcere detrusus, & confessus fuisse factum, sed negasset intentionem fuit tortura suppositus, & cum ibi intentiōnem fateretur, ejus persona Iudicii saculari tradita fuit.

n. Semel in anno.) Cap. excommunicamus, §. adicimus, infra hoc titulo, ubi dicemus.

o. Iuramento promittant) Cap. excommunicamus, §. moneantur infra hoc titulo, ubi illustrabimus.

2. p. Delegatis.) Vnde deducitur non obstante quo cum exemptionis privilegio, posse Episcopum simul cum Inquisitoribus procedere contra religiosos cuiuscumque Ordinis: & cum hec potestas in religiosos sit delegata non poterit Vicarius Sede vacante hanc jurisdictionem exercere in religiosos exemptos, quia Capitulum vacante Sede non succedit in jurisdictionem delegatam, sed tantum ordinariam, ut resolvunt Farinacius de heresi quest. 186. num. 177. Carea de officio Inquisit. part. 2. tit. 6. lib. 1. §. 3. Diana part. 8. tract. 4. resol. 37.

9. Conclusa  
traducta  
et palia  
ritur.

X hac diffusa constitutione sequens assertio disputanda est: Hæretici impunitentes, seu pernaces in errore, tradendi sunt Curie seculari, & si clerici sunt, prius degradantur, ac omnibus beneficiis privantur. Probant eam textus in cap. 1. cap. ut com. missi, cap. penult. hoc titulo in 6. cap. excommunicamus 15. infra hoc titulo. Illufrant ultra congetus in praesenti à Barbofa Petrus Gregor. lib. 2. parit. tit. 6. cap. 8. & de beneficiis cap. 26. Eymericus 2. p. directorii, quest. 4. Farinacius de heresi quest. 196. n. 2. Carea de officio Inquisit. part. 2. tit. 6. §. 3. Decianus lib. 3. tract. crimin. cap. 55. Simanc. de Catholicis tit. 48. num. 6. Jul. Clarus lib. 5. sent. 6. heresis. D. Thomas 2. 2. quest. 11. art. 4. Pater Suarez de fide disp. 23. sect. 2. num. 3. Castropalat. tom. 1. oper. moral. tract. 4. disp. 5. punct. 2. Salellus 3. part. de materiis Tribun. sancta Inquisitionis, lib. 5. cap. 6. regul. 303.

Sed pro dubitandi ratione in praesentem assertio nationem ita insurgo: Errantis poenam tantum esse doceri, dixit Plato, & docuerunt Seneca in Tract. afferunt. ibi :

Quis nomen unquam sceleris erroris dedit?

Et de ira lib. 14. Non est prudentis errantes offende, alioquin ipse fibido erit. Marcus Antoninus lib. 14. Si potes, meliora doce: si non potes memento in hoc tibi lenitatem datam: ipsi Diu lenes sunt talibus. D. Chrysostomus epist. 4. ad Ephesios, vers. 17. ibi: Eum quia ignorat, nec malo affici, nec accufari oportet, sed aquum eff. ut discat, que ignorat. Quod præcipue procedit circa religionem, quæ suadenda est, non imponenda. Tertul. ad Scapul. Hoc ad irreligiositatis elogium concurrit, adimere libertatem religionis, & interdicere opinionem divinitatis, ut non licet mihi colere quem velim, sed cogar colere quem nolim. Atque adeo & Ægyptiis permisso est tam vane superstitionis potestas, avibus, & bestiis conferrandi, & capite dammandi, qui aliquem hujusmodi Deum occidet. Valentianus laudante Ammiano Marcell. lib. 30. ibi: Nec quenquam inquietavit, nec ut hoc coleretur, imperavit: nec interdictis minacibus subjectorum cervicem ad id, quod ipse coluit, inclinabat, sed intemeratas reliquias partes, ut reperire. Sic Laetantius lib. 5. insit. cap. 20. & 21. ait: Cogit religionem non posse, & verbis, non verberibus constitui; nec quicquam esse tam voluntarium, quam religionem, & Christianos non esse Ægyptiis pejores. Plura adduxi in cap. sicut, de Iudeis. Et si hoc generaliter in quacunque religione amplectenda, & retinenda procedit, multò justius, & facilius in nostra vera fide Catholica, ad quam recipiendā noluit Christus Dominus neminem hujus vita peccatis, aut carū metu pertrahi, iuxta D. Joannē cap. 6. vers. 67. Lucam cap. 9. vers. 54. Matthæum cap. 13. vers. 24. A. apostol. ad Roman. cap. 8. vers. 15. ad Hebreos cap. 2. vers. 15. quo sensu veri simile est ille Tertul. Lex nova non se vindicat ultra gladio. Et D. Clemens in suis constitutionibus de Christo Domino ait: Liberam reliquit hominibus arbitrii potestatem, non morte temporalis eos panens, sed in altero seculo ad reddendam rationem vocans. D. Athanasius in epistola ad Solitarios ajet: Dominus cogens, sed libertatem suam voluntati permittens, dicebat quidem vulgo omnibus: Si quis vult venire post me: Apostolus verò: Nunquid & vos abre vultis? D. Chrysostomus ad eundem Joannis locum, ibi: Interrogabat, an & ipse velint discedere? quod omnem est amoenitatem, ac necessitatem. D. Cyprianus epist. 55. Conversus ad Apostolos suos dixit: Nunquid & vos vultis ire? seruans

vans scilicet legem, quā homo libertati sue relīctus, & in arbitrio proprio constitutus, sibimetips vel mortem appetit, vel salutem. In Arianam hæresim acriter invechitur Athanasius ubi proxime, quod pri-  
ma in contradicentes uel estet iudicium potesta-  
re, & quos non potuisset verbis inducere, eos vi-  
plagis, carceribus ad se pertrahere niteretur: atq;  
iis, inquit, seipsum, quām non sit pia, nec Dei cultrix,  
manifestat. Leo Magnus epist. 73, non majorē pec-  
nam de hæreticis poscit, quām ut sacerdotio, &  
urbe exclaudatur. Socrates adversus Theodosium  
Episcop. lib. 5. c. 3. de Macedonianis nimium pro-  
frequentibus: Hoc, inquit, non erat de more orthodoxæ  
Ecclesie, qua homines persequi non solebat. Et ut ait  
Leo ubi supra: Quid vero profuit sanguis effusus ha-  
reticorum, nisi ut ipsi suos etiam Martyres haberent,  
sic falsos? Madmodum Optatus Milevitanus  
notavit, & pluribus post seculis D. Bernardus  
sermone 65. in Cantica, sub finem. Ecclesia e-  
cum sanguinem abhorret, longe differens, ut pu-  
ra, veraque est, ab impuro, falsoque Mahometi-  
Alcoranismo, de quo Richardus Monachus Or-  
dinis Prædicatorum, in confusat. Alcoranismo, cap.  
10. ait: ille adversus nos credentes Alcorano clamat:  
Intermitte, intermitte: atq; Alcoranismo sacerdotes  
verba pro illo facturi nudant enim, eumque manu-  
ent. Nostrum verò Evangelium docet orandum pro-  
minicis, ac nostri sacerdotes non enim, sed erucem  
tollunt; non violentia, sed mansuetudinis signum ostendentes. D. Bernardus serm. 64. Heretici capiantur  
potius quam effugientur: capiantur dico, non armis,  
sed argumentis, quibus refellantur errores eorum. D. August. epist. 4.8. Neminem ad unitatem Christi esse  
cogendum, verbo esse agendum, disputatio pugnandum,  
ratione vincendum, ne scitos Catholicos habemus,  
quos apertos hereticos neveramus. Athan. apo-  
log. 2. Cades & vincula aliena sunt à nostra Ecclesia.  
Et Valentinius initio sui imperii cavit, ut libera  
voluntate quisquam cultum religionis tene-  
ret, l. 9. C. Theodos. de maleficio. & mathem. ibi: Testes  
sunt leges à me in exordio Imperii mei date, quibus u-  
niuersique quod ante imbibissem, colendi libera facultas  
tributa est. Ref. Eat. Marcl. lib. 30. Valentini-  
iano agens, ibi: Hoc moderamine Principatus incla-  
ruit, quod inter religionum diversitates medius exitus, nec  
quemquam inquietavit, nec ut hoc coleretur, impe-  
ravit, aut illud. Facit Arnob. lib. 2. Quid est tam  
injustum, quām invitis extorquere in contrarium vo-  
luntates, inculcare quod nolint, & quod refutant a-  
nimis prius nocere, quam prosi, & priore detracere, in  
alienum habitum, sententiamque traducere. Et So-  
crates lib. 3. histiorie, cap. 21. laudat Imperatorem  
Jovinianum, quod cuique pro arbitrio religio-  
nis profiteri permisit. Facit textus in cap. qui  
secundum, 23. quest. 4. & Episcopis Gallia inten-  
ditibus hereticos ab urbe repellere per judi-  
ces seculares, hac ait Sulpitius Severus: Tum verò  
Idacius, atque Ithacus acris instare, arbitrantes pos-  
se initia malum compiri: sed parum sanis  
confiliis seculares judices adeunt, ut eorum decretis,  
atque executionibus heretici uribus pellerentur. Ig-  
nit heretici non sunt poenis præcipue tempora-  
libus cogendi, ut fidem nostram Catholicam pro-  
fiteantur. Augerut primo hac dubitandi ratio  
ex eo, quia in Republica Hebræorum diversa-  
erant sectæ, videlicet Sadduœorum, & Phari-  
seorum, ut constat ex cap. 23. Actuum Apost. vers.  
6. ibi: Sciens quia una pars esset Sadduœorum, &  
altera Pharisœorum. Sed Sadduœi aperte hereticis  
erant, quippe qui mortuorum resurrectionem  
negabant, & admittebantur ad concilia, ac syn-  
eclesia. Igitur quia unicuique liber est opinioneum

& dogmatum delectus : Augur secundò hæc difficultas ex Parabola Patris familias, qui servis zizaniam exsippare volentibus, & dicentibus apud Matthæum cap. 13. ver. 28. *Vix immo, & colligamus ea?* ait : Non, ne forte colligentes zizaniam, eradicetis similem cum eis, & triticum : finite utraque crescere usque ad messem. Cum ergo passim Interpretes zizaniam hanc hereticos esse doceant, sequi videtur, non esse cum eis vi agendum, sed tempus messis expectandum, extremum scilicet iudicii diem, Christo quo Domino Iudicii causa hujus cognitionem integrum reservandam esse. Deinde difficilis est ea pars assertionis, ubi docetur, clericum haereticum degradandum esse, & tradendum Curia seculari, nam clericus nisi incorrigibilis sit, degradari, & judici seculari tradi nequit, cap. *cum non ab homine, de iudicio.* Igitur non statim ac in heresim lapsus est, degradandus venit.

A dñc tamen defensanda est presens assertio, pro cuius expositione scire oportet, heresim terrimum crimen esse, & gravius idololatria. Sanctus Irenæus lib. 2. *adversus hereses*, cap. 9. Hereticis Ethnici peiores efficiunt eos, qui assentuntur eis. Illi enim creature potius quam creaturi servientes, & his qui non sunt dñi, veruntamen primum Deitatis locum attribuant fabricatori hujus universitatis Deo. Hi autem hunc quidem labii factorens dicentes, ipsi mentientes, omnem malitiam copulantur ei, eum quidem, qui est Deus, blasphemantes; eum autem, qui non est, Deum fingentes, in sumo ipsorum condemnationem. Laborarunt in gravitate, & atrocitate hujus peccati detegenda viri præstantes Stapletonius oratione in *Auspicatione controversiæ*. Conradus Brunus lib. 2. *de hereticis*. Petrus Simon trad. *de heresi* cap. 15. Lensæus lib. 1. 3. *de Christ. libert.* Castro lib. 1. *de iusta heretic. punit.* cap. 2. Nicol. Romæus in *Calvini effige, in monitione ad lectorem.* Theophylus Raynaudus in *opotheca de calunn.* sect. 2. serie cap. 5. Salellus & alii in hoc titulo passim citati, qui omnes consentiunt, heresim omne in le malum complecti, & esse completam quandam malitiam, vel potius malorum quoddam compendium; eradicat enim fidem, qua est primum supernaturalis boni germen: radice autem avulsâ, unde existit fructus bonus in iustitia, & sanctitate veritatis? Alia sanè peccata, quamvis immania, germen radicum gratia sanctificantis, & gloria intæcum relinquunt, quamvis destruant gratiam, & prefens iudicis ad gloriam. At heresim totius iustitiae principium cœllit, sine quo nulla actio libera supernaturalis, nulla apud Deum quomodolibet meritoria actio profundi potest. Merito itaque sanctus Augustinus lib. 3. *contra duas epistolæ Pelagi.* cap. 3. censem in scripturis nomine peccati absolutæ dicti intelligi infidelitatem, quam in hereticis eo certior est, quo præcedens Dei beneficium in baptismo susceptione eos magis obstringebat Deo. Et quamvis odium Dei, & peccata directè opposita bono divino, ut in se est, sint territoria quam heresim, ex D. Thoma 2.2. q. 34. art. 3. tamen catenus infidelitas (atque adeo heres) potest absoluere dicti peccatum, quia est in suo genere gravior, quam peccata opposita virtutibus moralibus, etiam iis, que extrinseca quadam Dei bona respiciunt, cuiusmodi est religio. Licet insuper heresies gravitatem enuerre ex foedissimis, & malignissimis ejus causis, de quibus bene & latè Castro lib. 3. *de iusta heretic. punit.* à c. 2. & lib. 1. *adversus hereses*, à c. 11. Stapletonius orat. *de causa gravantium heresivon.* Quia vero

heresis exitiosa sit regnis, in qua pede infect, luceenter prosequitur R. ibadeneira lib. 1. de Prince. cap. 27. & 28. addens cap. 29. quas personas Deus repeatat a Principib, & Rebus publicis heresi occupatis. Sunt sanè tanta heresios dedecora, ut non defuerint, qui energumenismum heresim comitari tradiderint, ut Cresfolius lib. 3. mystag. cap. 16. Hanc magis adulterium nominari debeat S. Ambrosius sermon. 2. de Christi accusat. Gravius est enim religionis adulterium quam corporis, & plus est integratatem anima laedere, quam integritatem hominis violare. Hanc ob causam Agatho Abbas vir inter monachos olim insignis, cum ad varia probra, etiam turpitudinis, faxe suisset, audire tamen hereticos nullo modo sustinuit, & ratione reddit lib. 5. vita Patrum, n. 21. his verbis: Sermonem quem objecisti de heresi, non potui sustinere, & valde abominatus sum, quia heresi separatus es a Deo. Hereticus enim separatur a Deo vivo, & vero, & conjungitur diabolo, & Angelis ejus. Alienatus enim a Christo jam non habet Deum, quem exoret pro peccatis suis, quia ex omni parte periret. Itaque sanctus hic Pater heresim quovis peccato tertiorem, & averſabilorem statuit. Egregiam tam tetrica labis detestationem suppeditavit Guillelmus Paris. lib. 1. de mor. cap. 1.

**II.**  
De pœnas  
Hæretico  
rum exi-  
recuilli.  
jusfe leges, tam civiles, quam ecclesiastica armaruntur. Circa pœnas autem statutas legibus contra hæreticos, non consentiunt Ant. Gomez lib. 3. variar. cap. 2. n. 1. Damouderius in praxi cap. 6. 1. Decianus lib. 7. tract. crimin. c. 1. Farinac. de heres. q. 112. Ant Matthæus de criminib. tit. n. 2. Paramus de orig. S. Inquisit. lib. 3. q. 9. n. 114. Conratus Kling. lib. 3. disc. 22. Gudeliaus de jure novissimo cap. 16. n. 46. Cantera qq. criminal. c. 2. de heresi. n. 59. Petrus Gregor. lib. 33. syntagm. c. 8. quorum sententia omisssis dicendum est cum Carolo Augusto Mela p. 3. miscel. cap. 10. jure civili nullam certainam pœnam statutam fuisse contra quoscunq; hæreticos, sed tantum prius committēdos esse vindicē; deinde arbitraria ultiōne plētēdos esse censuīsse Imperatores in l. 2. C. de summa Trinit. quare aliquando codem jure attento, tantum ab Ecclesiis l'ime arcentur, quando videlicet ob eorum multitudinem seditiones oriuntur, & urbes deseruntur. Quandoq; illis testimonium ferre prohibetur, ac utraque testamenti factio denegatur, l. cognovimus, l. penult. & ult. C. de heret. & prohibetur alia similia agere, quæ collegunt I. Gothofred. in parat. ad tit. C. Theod. de hereticis. W. clembeclius in parat. ad tit. C. codem tit. Petrus Gregor. lib. 33. syntag. cap. 8. n. 9. Ali quando etiam visum fuit hæreticos cum aliis fidelibus verari, sed hominū carere suffragiis, l. 3. de Apostatis. Quandoq; ex heres circumstantiis, atque atrocitate deportatio injungebat, l. 4. 5. & 8. C. de heretic. l. fin. C. de apostat. & consequens erat amissio honorum, l. deportatorum 8. C. de pœnis, l. Divus. ff. de bonus damnat, que bona pro arbitrio modo publicabantur, l. 4. C. de heretic. modò propinquus orthodoxis cedebant, l. 4. in fine, l. cognovimus 9. C. de heretic. observavit Cujac. lib. 12. obs. c. 30. Sed quia hæreticorum nequitia quandoque ita atrocior erat, ut eorum sceleris publicum crimen inducerent, ultimum supplicium in eo sanctū fuit, l. Ariani, C. de heretic. l. quicunque, C. cod. tit. Unde concludit Mela ubi supra, nullam certainam pœnam jure civili in hæreticos fuisse statutam, sed tantum arbitrariam, ita ut gravius punirentur seductores, quam ipsorum sectatores. Nostri Catho-

lici Reges pecnam ignis in quoscumq; hereticos fauixerunt in l. 2. tit. 26. p. 7. & jam anno 843. Ramirius Rex I. flammis tradidit omnes fortilegos, & necromanticos sui temporis, teste Mariana lib. 7. hist. c. 13. & Catholicum Regem D. Ferdinandum humeris propriis ligna detulisse ad comburendos hæreticos, referunt Lucas Tudensis era 1255. ibi: Quoscunq; reperiebat hereticos ut flammis exureret, ipse vice famulorum ignem & ligna in eis comburendis ministrabat. Mariana lib. 12. hist. cap. 11. ibi: Ferdinandus Rex regnipoenit. hæreticis infensus maxime, quos tormentis exagitandos curbat, solitus ipse quia si victimarius ignem arfus manu, lignaque subiace improbitatis odio.

Sacri etiam Canones hæreticos non solum afficerunt pœnas spiritualibus, videlicet anathematice, & sepultura ecclesiastica privatione, de quib; nemo, egi proxime commentator, & in c. 1. hoc titul. verbum & temporalibus, ut infamia, quæ illi, ac posteri eius notantur, e quicunque, §. hæretici, e statu, el. 2. hoc tit. in 6. Synodus Nicana can. 49. apud Julium epist. 2. c. 13. ibi: Infames esse censens omnes, qui suam, aut Christianam prævaricantur legem. Quod etiam legibus Regis cautum fuit in l. 4. tit. 26 p. 7. l. 3. tit. 3. lib. 8. Recopil. & ad quos gradus protrahatur nota hæc, exponunt Covarr. lib. 2. variar. c. 8. A zor p. 1. inst. lib. 8. c. 13. q. 8. Parador. in sequentur different. 10. 8. à. n. 11. Barbosa in d. c. statutum. Etiam puniuntur bonorum privatione, ut sequenti commentator probabimus, & deportatione. Leo epist. 73. ad Leonem Imperator. ibi: Clerici hæretici non solum ab ordine clericatus, sed etiam ab urbis habitacione pelluntur. Gregorius VII. lib. 7. regestri. epist. 27. ibi: Subemus ut eū facias per fidie notā in aperto signari, & deinde ex tuo Archipiscopatu tuo ipsum expulsum, heresim ejus cunctū de regendo ubiq; quantum pores, ut apostolam, & christiana unitatis inimicum non destinas persequiri. Ex constat ex Pontific. Rom. in Gelasio, ibi: Gelasio temporibus inventi sunt Manichæi in urbe Roma, quos in exilio deportari precepit, quorumque codices ante fo- res Basilicæ sancte Marie incendio concrevavit. Et postea Hornisda invenit Manichæos, quos etiam difflusos cum examine plagari exilio deportavit. Et tandem si clerici sunt, degradantur, & iudicio seculari traduntur, ut debitis pœnis plecantur, videlicet ignis supplicio, ut censit Episcopus Alexander in action. 1. Concil. Chalcedon. contra Eutychen, ibi: Eutyches qui preter dogmata Ecclesie script, non solum pœna dignus est, sed & igne. Quæ ignis pœna valde propria est hæreticorum, propter Evangelii auctoritatem, Ioan. c. 1. 5. ibi: si quis in me non manaret, mittetur foras, & tanquam palmes arescat, & colligent eum, & in ignem conjicient. Et ultimo supplicio hæreticos esse afficiendos, probat Pater Menochius lib. 2. polit. c. 3. variis sacra paginae auctoritatibus, præcipue Deuter. c. 13. ver. 1. ubi ita legitur: Si surrexerit in medio tu Propheta, aut qui somnum se vidisse dicat, & prædictum signum, atque portentum, & evenerit, quod loquatus est, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur Deos alienos, quos ignoras, & serviamus eis, non audies verba prophete illius, aut somniantoris, quia tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat, utru diligitis eū an non, in toto corde, & in tota anima vestra. Dominū Deū vestris equum, & ipsum timete, & mandata illius custodite, & audite vocem ejus: ipsi servietis, & ipsi adhæberebit. Propheta autem, aut fictor somniorum interficietur, quia loquutus est ue vos averteret a Domino Deo vestro, qui eduxit vos de terra Egypti, & redemit vos de domo servitutis, ut errare faciat de via, quam tibi praecepit Dominus Deus, tuus:

¶ *et infers malum de medio tui.* Accedit nam iure  
civili rei lesa. Majestatis populo spectante vivi  
cremabantur. Paulus lib. 5. sentent. tit. 29. Valer.  
Max. lib. 6. cap. 3. Similiter transfuge militia de-  
sertores, l. aut diu nūn 8. §. hōstes. si quis aliquid  
38. §. 1. ff. de penis. Ammian. Marcell. lib. 2. 8.  
Quam penam etiam statutam legimus in gravio-  
rum criminum reos, veluti in sacrilegos, l. sacri-  
legis 6. ff. ad leg. Iul. pecul. Salvianus lib. 7. de provi-  
dentiā, ibid. Latro, aut sacrilegus, cū flammis exuri-  
tur, suis criminibus concrematur. In eos qui dant o-  
peram Barbaris, ut Romanos deprædantur, l. si  
quis Barbaris 9. C. de re milit. & qui detrectanda  
militie causā digitos sibi præcident, l. de tyroni-  
bus, §. C. Theodof. eod. tit. in servos cum domina rem  
habentes, l. unic. C. de mulier. que se proprii servitū vel  
virginem, aut viduam rapientes, l. unic. C. de raptu  
virginum, dominum falso deferentes, l. 7. C. de de-  
latoribus, seu ejus saluti insidiantes, l. capitulum 28.  
§. sign. ff. de pena: in falsa moneta auctores, l. 2. C.  
de falsa moneta, in aggerū Nili corruptores, l. unic.  
C. de aggeribus Nili: in incensores ædium, acervo-  
rumne frumenti, l. qui edes 9. ff. de incendio: in pro-  
curatores, seu aëtores rerum privatū Principis,  
qui Provinciales vexant injuriis, aut deprædatio-  
nibus, L. universi, C. ubi causa fiscis ales: in magos, &  
aruspices, l. 3. C. de malefic. & matem. Paulus lib. 5.  
sentent. tit. 23. in tabulariis civitatum, qui iniqüā  
alieijus immunitatis professionē admittunt, l. 1.  
C. de imminut. nemini conced. in viros mulieribria pa-  
tientes, Lomnes 6. C. Theodof. ad leg. Iul. de adult. & in  
aliis delictis relatis in l. unic. C. Theodof. de emēdat.  
servor. l. 1. eod. C. ne p̄ter crim. l. aſa. Majest. l. unic.  
eod. C. si quis solidos circul. Ita D. Joannes Ramos  
lib. 5. de parricid. Pancirola lib. 2. var. c. 240. A-  
maya lib. 3. obſ. c. 4. Forner. lib. 1. rer. quotid. c. 7.  
P. Faber lib. 2. ſemestr. c. 7.

13. *Inducere  
dividendi  
vita.*  
Quæ, & alia, ſimajores, ac ſeveriores reperiri  
poſſent, peccata juſte infliguntur, & imponuntur  
hæreticis, fidei Catholicea desertoribus, & viola-  
toribus, tum ob hujus criminis immanitatem, quā  
catera delicta ſuperat, ut ſupra probavi: tum quia  
nulla fuit tam barbara gens, quæ defertores pro-  
priæ religionis, & ejus violatores debitū non cō-  
peleret peccati. Seneca lib. 3. de beneficio. 6. ibi:  
Violatorum religionum aliubi, atq. aliubi diverſa pena  
eft; sed ubiq. aliqua. Plato in temeratores religio-  
ni capit pœna sanxit, lib. 10. de legibus. Apud  
Græcos quicunq; avitam religionem deferebat,  
aut numen aliud invechebat, pellebabur ut infa-  
num, aut plectebatur ut impius. Sic Pythagoras  
(verba fuit Athenagoræ in legatione pro Chri-  
ſtianis) cum trecentis aliis combuſtus eft: Demo-  
chritus ab Epheſiis pulsus: Eraclitus Abderita  
tanquam inſanum exilio, Socratem Atheneſes  
morte affecerunt. Alta refert Gentilis de jure belli  
lib. 1. c. 10. Accedunt ingentia mala, quæ ex hæ-  
ribus, & hæreticis tolerandis oriuntur; ſiquidem  
ipſi multos impellunt ad mutationem rerum, unde  
conjuraciones, feditiones, & conciliabula ſequuntur, ut politice differentes probant latè Pa-  
ter Menochius lib. 2. polit. cap. 3. Co-  
chier. lib. 1. polit. cap. 5. Salcedo ad. D. Thom-  
as de regimine Princ. lib. 3. c. 16. differt. 30. Rēcte  
ergo in praefenti textu jubet Lucius III. ut hære-  
ticī pertinaces judici ſeculari tradantur debitū  
peccati plectendi, id eft morte naturali, ad quam  
ipſi hodie damnantur ab ipſis inquisitoribus, li-  
cet exequitio fiat per judicem ſeculariem, non  
vero per ministros Ecclesiæ, quia id videtur de-  
centius, & pietati Ecclesiæ conformius. Et eſe  
potestatem in Ecclesia imponendi hanc pœnam,

probarunt Bellarminus tom. 1. controv. lib. 3. de cle-  
riſis, c. 21. & 22. Valentia tō. 3. controv. disp. 1. quaſiſ.  
11. punct. 3. Simancas de Cathol. tir. 46. à n. 44. Co-  
var. lib. 2. variar. c. 10. n. 10. Suarez de fide disp. 20.  
ſect. 3. n. 18. & disp. 23. ſect. 3. Nec Inquisitores illā  
exinde irregularitatis notā incurre probavi in c.  
ſententiā, ne clericū vel monachū & omnino teneri ju-  
dicē ſecularē exequi ſententiā hanc mortis, aſq;  
eo quod cognoscere poſſit de ejus iuſtitia, proba-  
vi in c. 1. de offic. ordin. Qui autem dicantur hære-  
ti ci imp̄c̄nentes veri, vel pr̄aſumpti, exponunt  
Simancas, Penna & Farinac, relati a Calthropa-  
lao tom. 1. oper. moral trāciātu 4. disp. 5. punct. 2.

Nec obſtat dubitandi ratio ſuprā adduēta; nā  
licet peccata errantis tantū ſit doceri, tamē id pro-  
cedit, quando qui errat, paratus eft, corrigi, & de-  
ponere errorem propriū: quo caſu etiam hære-  
ticum admitti ad reconciliationem, abjuratā hæ-  
reſi, ſuprā probavi: at in praefenti agimus de hære-  
tico pertinaci, & imp̄c̄nenti, qui cum paratus  
non ſit doceri, & abjurare errores ſuos, omniū  
relaxandus eft: Judici ſeculari. Nec obſtant variae  
auſtoritatis, quibus facile probatur, religionem  
ſuadendam eſt, non imperandam, quibus Novato-  
res, quotidie inſurgunt, ut probet coactionem  
in religionē adhibendā non eſt, quibus valde fa-  
vent ejusdem farinā Alberic. Gentilis lib. 1. de jure  
belli, c. 9. Grotius eod. trāci. lib. 2. c. 20. n. 49 nec co-  
tradicit Michaël Rouſſelius lib. 6. hiſtor. P. juris, c.  
5. n. 27. Nec adverſatur Dartis ad 23. q. 1. c. 8. de  
bello. Quibus repondendū, theorema illud acci-  
piendum eſt de his, qui nullā unquam religione  
imbuti fuerunt, in his autem, qui per ſacrum bap-  
tismū fidē ſucepterunt, aliud obſervatur. Hi enim  
ad fidē, quā ſemel profecti furunt, revocādi ſunt;  
& ſi penitentia duci responderint, mitiū cum illis  
agitur: fi autem pertinaces ſint, ultimo ſupplicio  
damnantur. Nec enim illi, qui hæreticos pertinac-  
es ad Ecclesiæ unitatem impellunt, ad fidem co-  
gunt, ſed duritiam corum, & perfidiam caſtigant,  
ita afferente D. Auguſtino lib. 2. contra literas Pi-  
tiliani, c. 82. ibi: Ad fidē quidē nullus eſt cogendus invi-  
tus, ſed per ſeveritatem, immo & per misericordiā Dei  
tribulationū flagellis ſolet perfidia caſtigari. Nunquid  
quia mores optimi libertate voluntatis eſt hæc  
mores pessimi non legis integritate puniantur. Quin  
epift. 50. tom. 2. vulgarem illā Novatorū objec-  
tionem ita ſolvit: Ubi eſt, quod iſi clamare conſue-  
runt: Liberū eſt credere, vel non credere. Cui vim Chri-  
ſtus intulit? Quem coegerit? Ecce habent Paulū Apoſtolū,  
agnoscant in eo prius cogentem Chriſtum, & poſtea do-  
centem? prius cōfidentem, & poſtea conſolantem. Mirū  
eſt autem, quomodo ille, qui pœna corporis ad Evange-  
lium coactus intravit, plus illis omnibus, qui ſolo verbo  
vocati ſunt, in Evangelio laboravit. Facit Tertullianus  
adversis gnoſticos c. 11. dum ait: Ad officiū hære-  
ticos compelli, non allici dignū eſt: duritia vincenda eſt,  
non ſuadenda hæreſi. Et licet Dominus noſter cui-  
libet homini reliquias liberum arbitrium, non  
tamen voluit ut delicta inde in hac vita impunita  
mancerent, præcipue hæreſis, & infidelitatis; ut fu-  
prā probavi; reliquit enim liberū arbitriū quoad  
bene, vel male operandum, non tamen inulta, nec  
in hoc ſeculo reliquit majora crimina, quibus  
punientis leges, tam ecclesiastica, quam ſecula-  
res latet ſunt: & licet Ecclesia aliquando non ita  
ſevere in hæreticos animadverteret, id fecit, quia  
ad hunc plena libertate, & auſtoritate non frue-  
batur ſub illis prioribus Imperatoribus; non ve-  
rò quia inhumanas ſceleris omnibus ſequitū ex-  
quals non eſſet: & ita ſi numerus hæreticorum  
id expoſule, poſteſt bellum indici, ut fundi-  
tus

14.  
Difſol-  
vitur  
ratio du-  
bitandi.

tus extirpantur: quod exp̄sē definierunt Ecclesiae P.P. in c. etiā Ecclesia, c. resecande, 2.4.q 3.c. ferrum, c. cū secundum, de heretic. in 6. probat cum D. Thoma 2.2.q. 10.art. 12. Castro de iusta heretic. punit c. 12. & 14. Victoria in relect. de Indiis, p. 1.n.8. pluribus relatis Soloranzus tom. 1. lib. 2. de jure Indiar. c. 19. n. 52. Nec obstat quod de Sadduceis expendebamus, nam eorum impietas non multò ante Christi adventum exorta fuit, & ita non est à Synagoga proscripta, eo quod senescente corum, qui Conciliis pr̄siderant, auctoritate, ii remissiū agerent, qui Cathedram Moysis obtinebant, pr̄cipue sub Iudumao Rege Herode, qui Politicorum more ad regni commoda religionem referebat, nec quid variorum dogmatum assertores inter se degladiarentur, morabatur. Itaque cum Sadduceorum error multos corripuit, effētque hi opibus potentes, mirum non est, si synagogas a se excutere non potuerit. Nec obstat Parabolam Divi Matthæi; nam si argumentum ex ea deduc̄tum probaret, suaderet utiq; non hereticos modō impunē dimitendos esse, sed etiam fures, & homicidas, & hujusmodi fontes, qui zizaniorum nomine confentur: quamvis enim hereticī pessimum genus zizaniorum sunt, non tamen propterea fures, aut homicidae zizania non sunt. Cū ergo Paterfamilias zizania extirpari vētuit, satis indicavit, quo pacto

hoc esset accipiendum: Ne fortē (inquit) eradicetur simul & triticum. Facturus colligendi potestatem si absque tritici detimento, à quo fortē non ita facilē fecerentur, evelli possent, nec periculum immineret, ne pro nocentibus plectantur innoxii, quidni extirpantur? Si verò periculum sit ne hereticī, quia potentiores, turbas existent, aliquamve majorem perniciem Ecclesiae, aut Republica militant, tunc sanè judicium Dei patienter exspectandum est. Non debent autem facile Principes alicuius incommodi metu, qui frequenter inanis esse potest, condescendere, ut libertatem (quam conscientiæ vocant) concedant. Nec obstat tandem, quod dicebamus, videlicet clericum tantum incorrigibilem pr̄missā degradatione Curia seculari tradi, c. novimus, de V.s. Nam in praesenti casu, cū clericus impenitens est, & pertinax, nec vult Ecclesiarū reconciliari, incorrigibilis est, non quidem per delicti iterationem, sed per perseverantiam, & impenitentiam in eodem, ut in praesenti docuerunt Abbas num. 37. Henricus num. 8. Antonius, & ceteri antiquiores. Quare cū incorrigibilis propriis, merito pr̄missā degradatione, ut in praefati caverunt, & infra in cap. excommunicamus, el. 1. s. damnati, cap. penultim. hoc titul. lib. 6. judici facula-ri relaxatur.

## C A P V T X.

## Innoc. III. Clero, Consulibus, &amp; populo a Viterbiensi.

**V**ergentis in senium saeculi corruptelam non solū sapiunt elementa corrupta, sed & dignissima creatura ad imaginem, & similitudinem condita Conditoris, pralata privilegio dignitatis volucris coeli, & bestiis universæ terræ, testatur: nec tantū eo quasi deficiente jam deficit, sed & inficit, & inficitur scabram rubigine vetustatis. Peccat enim ad extremum homo miserrimus: & qui non potuit in sui, & mundi creatione in paradiſo persistere, circa sui, & orbis dissolutionem degenerat, & pretii suæ redēptionis circa fines saeculorum oblitus, dum variis, ac variis quæſionum ſe nexibus ingerit, ſeipſum laqueis ſuæ fraudis innechtit, & incidit in fo-veam, quam paravit. Ecce etenim inimico homine mēſi dominica superſeminate ſemen iniquum, ſegetes in zizania pullulant, vel potius polluantur: triticum areſcit, & evanescit in paleas: in flore tinea, & vulpes in fructu demoliri vineam domini moliuntur. Nova ſiquidem ſub novo Testamento Achan progenies ex ſpoliis Ie-richo lingulam auream, palliolumque furatur: & Abiron, Dathan, & Chorobolus deteſtanda novis thuribulis fermentatum thymiam novis volunt altaribus adolere: dum nox nocti ſcientiam indicat: dum coecus pr̄abet coeco ducatum: dum hærefes pullulant, & quem divinæ reddit hæreditatis expertem, ſuæ conſtituit hæreticus hæretis, & damnationis hæredem. Hi ſunt caupones, qui aquam vino comiſſent, & virus draconis in aureo calice Babylonis propinan: habentes ſecundūm Apostolum ſpeciem pietatis, virtutem autem ejus penitus abnegantes. Licet autem contra vulpes hujusmodi parvulas, ſpecies quidem habentes diuersas, ſed caudas ad invicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in id ipsum, diuersa predeſſorum noſtrorum temporibus emanaverint instituta, nondum tamen uisque adeo peſtis potuit mortificari mortifera, quin ſicut cancer amplius ferperet in occulto, & jam in aperto ſuæ virus iniquiratis effundat, dum palliatâ ſpecie religio-nis, & multos decipit ſimplices, & quosdam ſeducit astutos, factus magiſter erroris, qui non fuerat diſciplulus veritatis. Ne autem nos, qui licet circa horam undecimā inter operarios, immō verius ſuper operarios vineæ Domini ſabaoth ſumus à Pa-trefamilias Evangelico deputati, & quibus ex officio pastorali ſunt oves Christi commiffa, nec capere vulpes demolientes vineam Domini, nec arceri upos ab o-ribus videamur, & ob hoc meritò vocari poſſimus canes muti non valentes latra-re, ac perdamur cū malis agricolis, & mercenario comparemum, tamē contra defen-ſores, receptatores, fautores, & credentes hæreticorū aliquid ſeverius duxiſmus ita- tuendum; ut qui per ſe ad viam reſtitudinis revocari non poſſunt, in ſuis ſaltē de-ſenſo-